

Visto Puteano.
Magno Mechliniensi
Consilio a secretis

Si pateris hoc sufficere, Vir Amplissime, ut serius an
citius voti compos fias, habes ecce quod a me petisti.
serius quodammodo mea culpa, nequaquam dolo.
neque adeo morandi causas, tametsi veras ac legit-
mas, expositurus sum. Estet hoc inutilli interloquio
morari hic item, quem fateor nimiam expectatione
jam nunc multasse. Jam tuum sit, et me ama
totius Puteani nominis amantissimum, ac proinde

Vere tuum
C. H.

Parenti summo parem salutem
dico, et rogatum cupio, Wendelinum
mihi placatum det, si quid commisi
nesciunt, quâ propter et me scribere
detrectet.

Vander Burghio.

Facile induci potui, uni e multis hostibus ut grati-
ficarer, si sic unum demereri possem amicum, non
e multis. Tertio tu nunc idem petis, et doles, sed
amissa ^{casu} scheda fuit quâ viri nomen perscripseras,
cognomina item et comitatum. Tandem voti compos-
es. Solue fitem, et quò præcipue collimavimus,
siste te nobis cum Autumnis pomis, et racemis; nam
hippopondriis, quas et me subinde exerceat, nullum
ego te præstantiorem medicum experior hæcenus,
~~quale mi amice~~ nullum presentius remedium
quam te presentem. Vale, mi amice et risum
vent. etiam auscultatum. Dabitur enim audire
quorum gratiâ malis auditorens patientem
Hagæ agere, quam Leodij Agentem oratorem.
Maldeghe in Castris XIII. Jul. 1644.

Polijandro.

Nobilissime et Reuerende Vir
Quid ex voto ac mandatis vestris apud Principem egerim
in gratiam summi Viri, et amici Collegæ tui multame
quæ distrahunt negotia uni ipsi, quasi singulis, qui hæbere
me compellastis, rescribere adegerunt. Eò te remitti
patiaris quæro, et hanc mihi rem omnem porro confidas
curæ fore, quantum par est, pro amicissimo capite, et cui
ego recte cupio omnia quæ vis, et quæ non vis. charum enim
mihi et delectum esse profiteor, quantum nulli mortalium.
Vale Senex reuerende et me ama. Maldeghe in Castris
XIII. Julij 1644.
Heinsio.